



Universitätsbibliothek Paderborn

**AntiLutherus Judoci Clichtouei Neoportuensis. Doctoris
Theologi, Academiæ Parrhisie[n]sis**

Clicthove, Josse

[Köln], 1525

VD16 C 4189

Sacrum missæ canonem, pie & recte compositum esse, eundemq[ue] in magna ueneratione haberi debere XVII.

urn:nbn:de:hbz:466:1-36183

LIBER SECUNDVS

¶ Deniq; ex eo q; laici sumentes sanctæ eucharistiæ cōmunionē & infirmi, non dicunt sacrificare, sed solū cōmunicationē dominici corporis percipere: haud recte colligit Lutherus in hac obiectuō postremo loco, q; similiter nec sacerdotes consecrantes sanctā eu- charistiā in altari dicendi sunt eā deo sacrificare. Nam non omnis sumēs sacrā eucharistiā: est eā sacrificās. sicut & in ueteri lege mul tis erat permisus usus pariter & eūs eōq; quae dño fuerāt sancti si cata atq; oblata in sacrificiū: qui nō erāt sacerdotes. Eduerso aut̄ om̄is sacrificans & offerens hostiā salutare in altari: est etiā secun dum institutū ecclesiasticū eam sumēs. Itaq; laici dunt taxat percipiunt sacro sanctā eucharistiā: non aut̄ eā offerūt tanq; ministri alta- tis, nec consecrāt, quoniā sacerdotali ordine nō sunt insigniti: q; ad exercendū sacrificandi munus exposcit. Sacerdotes uero & faci- fiant singulare illam hostiā: & sumūt eādē, quoniā sacerdotij fun ctionem habent: ad id sacrificij genus offerendum necessariam. Porro quæcunq; ab octauo huius libri capite ad hunc usq; locum dicta sunt: ad confutationē tertij dicti Lutherani in ipsa libri præ sentis fronte positi magnopere faciunt, et ad omnitudinē illius de structionē adducta putentur.

¶ Sacrū missæ canonē, pie et recte compositū esse: eu- demq; in magna ueneratiōe habendum. Cap. XVII.
 Aeterū quoniā hic aduersarij nostri Lutheri mos est, reiçere cū supercilium et aspernari om̄ia quantū- uis sacra ac sancta: q; eius aduersant̄ assertioi, eamq; potissimū ob causam fugillat impia reprehensione, in quarto suo dicto supra positō circa libri hui⁹ prin cipium, et sacrum missæ canonē: plane astruentē sanctissimū eu- charistię sacramentū in missæ officio consecratū, esse sacrificium, qd ille peruicaciter negat. exposcit profecto hic locus et suo qui dem ordine: ut ostēdamus eundē canonē recte et sancte cōtextū esse, atq; magno habendū in precio. Quod nobis factu nō erit diffi cile: si primū attēdamus à quibus authoribus sit cōpactus, deprehē demusq; ipsos fuisse uitios sanctitate atq; doctrina cōspicuos: & au thoritate summa insigne. ut q; sedis apostolicæ circa prima eccl̄ia tēpora moderationē gesserit: & cōplures eōq; sancto pro fidei cōfessiōe martyrio, uitæ præsentis cursu mōsummauerit. Quibus in summi-



in summi pontificatus dignitate successerūt alij: præclara etiā eruditioē & uitæ sanctimonia eximij patres. qui partibus sacri canōis iā cōflatīs à suis maioribus nonnihil adiecerūt ad pietatē, religionē & tanti mysterij (utpote missæ) dignā celebrationē maxime conducēs. Neq; em̄ uno eodemq; temporis articulo & à solo uno auctore, totus ipse canō fuit ex oībus suis partibus integratus: sed per interualla tēporū & à diuersis accepit paulatim incrementū, & de mū suū cōplementū, nōnullis per posteriores summos pōtifices ad priorū contextū sensim superadditis. ¶ Neq; id authoritatē detrahit aut pōdus illi sancto operi: q; à diuersis fuerit opificibus pedetē tim cōpactū. Tum q; in illis omnibus, unus & idem erat supremus architectus & author totius fabricæ, spūs sanctus: suggestor singulorū cordibus ea quæ ad celebrationē mysterij sacratissimæ eucharistiæ in illa præcipua missæ parte forent adjiciūda. Tum etiā, q; posteriores summi pōtifices sua authoritate approbarūt: quæ à p̄cessoribus suis fuerant in huius operis structura collocata atq; ap̄posita. Et ita qui extrema illi opificio imposuit manū: approbavit, ratāq; habuit omnia, quæ à præcedentibus eccliaē catholicæ præsidibus fuerāt ea in re elaborata. Vnde quasi ab uno auctore, ut illo postremo totū operis cōsummatore: pulcherrimū illud opificiū uideri possit extructū atq; cōpositū. Tum deniq; quia tam cōcinnia est singularū partiū unius ad aliā in toto illo ope cohæretia, tā apta cōpago atq; iunctura: ut nihil in eo hiūlū, nihil interhiūs, subsultansue deprehendat: nihil deniq; ad proximas partes male concinnatū. sed omnia congrue, apposite & affabre suis locis accōmodata: atq; proximis altrinsecus particulis decentissime cōnexa. Vt q; nō accepisset ex auditu aut librotū lectione, totū ipsum canonē à diuersis authoribusest per uarias tēporū successiones integratū: ex ipsa totius cōtextus qualitate & facie in eam facile adducere ē sententiā, q; unus & idem fuisset ipsius totius operis author. cōtinua cōpositiōe sine tēporis interpolatiōe id integre molitus. ¶ Traditū quidem Gelafius, huius nominis primus summus pōtifex, ipsum canonē præsertim ordinasse atq; coadunasse ad quotidianū missæ usum. Leo uero p̄imus, adieciſſe ad eū qui prius erat in usu: hanc deprecatoriā particulā. Hanc igit̄ oblationē seruitutis nostræ, sed & cunctæ familiæ tuæ: quæsumus dñe ut placatus accipias. Gre-

B 3 gorius

II.

III.
Nonnulli canonis missæ authores.

LIBER SECUNDVS

XIX

gorius autem primus: adiunxisse tres illas continue subsequentes petitios
nes, utpote diesque nostros in tua pace disponas: atque ab aeterna da
mnatione nos eripi, & in electorum tuorum iubeas grege numerati.
Leо itidem primus illi sententiae, & quod tibi obtulit summus sacer
dos tuus Melchisedech, superaddidisse legitur haec sacra verba,
sanctum sacrificium, immaculata hostia. Et alii summi pontifices
diuerso tempore alias sacri canonis particulas adiecerunt prius copa eius
tradunt: instituisseque ceremonias in ipso missae canone a sacerdote
sacra faciente obseruandas. Quinimum ex diuersis locis luculentę
expositionis ipsius Gabrielis de canone missae, nec non ex praecla
ro opere Platinæ uiri doctissimi: quod conscripsit de singulorum
summorū pontificū uita, promptū erit cuique deprehendere, nomi
nati inquit dinoscere quosque summos pontifices, à quibus singulae par
tes missae, à principio ad eius usque finem, fuerint instituta, itidem &
singuli eius ritus, ordinati. ¶ **V**er, tanta auctoritate diuersitas nihil co
cinnitatis aut gratiae detrahit totius operi sacri canonis: nihilque illi adi
mit ponderis aut decoris. Tantus namque ipsi orationis sacræ conte
xtui adest splendor & ornatus: atque si ab uno eodemque authore prodi
isset, continuo progressu cōpositus. Quod si quis perget ea repudia
re opera in unu cōgelta corpore, quae à varijs confecta sunt artificib
re ieienda nobis erit tota ueteris testamenti scriptura: quod diuersi e
ius libri à varijs editi sunt scriptoribus. Abicienda quoque erit simili rōne
& sacra noui organi & instrumēti pagina: quod multiplices eius libri
multos etiam habeant authores, à quibus sunt cōscripti. Denique & re
pudiandū nobis erit symbolū apostolorum: uniuersos orthodoxos fi
dei complectēs articulos. quod nō ab uno authore sed diuersis est cōpa
ctū: utpote a duodecim ap̄lis quoque singuli suū cōficerūt articulū:
& ita collectos in unū cōtulerūt. Sed quis tantam ferat rei indignita
tem: & extremas hasce ineptias: ¶ **D**einde si ipsam sacri canonis sen
tentiam lubet attendere: tota sancta est, pia & religiosa: nihil cōple
ctus quod aspernādū sit, diuinaque maiestate indignū, aut quod me
rito quempiam offendere debeat. Siquidem patim deprecatoria ē or
atio: pro omni uiuentū gradu & defunctorum subleuatione. pat
im sanctorum in cœlesti regiōe ppetuo uiuentū cōmemorativa: ad
impetranda illorum suffragia. partim uero narratoria primae institu
tionis sacratissimi misterij eucharistiae: secundū euangelicā senten
tiam.

III.

tiam. Quid oro in omnibus his partibus occurrit: quod nō ad pie-
tatē, deīq; honorē & cultū probe attineat: quod itē legētis animū
ad reuerētiā in deū, ad syncærōrē deuotiōis affectū, ad maiorem
etī excellentissimi illius mysteriū generationē: non excitet, erigat,
& prouocet? ¶ Sed nūc quid sacro missæ canoni **Lutherus** inter
cetera obiectet: audiamus. **C**ur canonē (inquit) uehamus tā sub
limiter, cū superius monstratū sit: sacrificos istos nō uno mō circa
eucharistiā delirare, ut nō mirū sit: si & canō eōq; alicubi deliret.
Quis etī nō uideat: eū esse cōpositū ab aliquo uerbo & parum
spūalis? Quid em̄ attinet: uerbis ita superfluere? Hæc dona, hæc
munera, hæc sacrificia. Item, **H**ostiā purā, hostiā immaculatā. Et
multa alia: in eo iustē possunt redargui. **H**ec **Luther**? Cui acriter
occurrendū est, non sacrificos secundū ecclesiæ ritū sacerdotes ne
q; canonē delirare: sed ipsum potius extremo agi delirio, quo in to-
tam debaccha ē ecclesiā. **V**erbosum itidē, eundē uideri, partūq; spi-
ritualē uirū: qui talē de sacro canone profert, totūq; mūdo inuul-
gat sententiā, qua prodit se destitutū interno & spūali gustu: quo
succū deuotiōis & pīj in deū affectus exugat ex sacri canōis lecti-
one, percipiatq; introrsum latente spūalis sensus dulcedinē. Neq;
id mirū. **A**nimalis em̄ hō: nō percipit ea quæ sunt spūs dei. Qui
aut̄ zelū habet & cōtentione, qui sacra diuinaz̄ terū contēnit my-
steria: nōne animalis est & carnalis? Et quomō (scire uelim) po-
test is sacerdos cū debita animi deuotiōe & reuerentia in deū, offi-
ciū missæ celebrare: qui talia sentit, profert ac prodit de sacro ca-
none, qualia euomit **Lutherus**: quē legens is qui sacra facit: intē-
tissimo debet animo in deū ferri & tendere. Qui aut̄ fieri possit, ut
mentē supplicē erigat in deū: qui hoc ipsum quod legit partufacit,
fastidit & intra se contēptui habet? Nec in ipso canōe est eiusdē
rei per uerba superflua inculcatio: ut oblatrat aduersarius. sed ar-
dentior pīj affectus in deū excitatio, uberiorq; eiusdē declaratio p
diuersa uerba: unius pene rei designatiua. Queadmodū nulla uer-
borū superfluitas in psalmis hymnidicis esse putanda est: ubi sa-
pē numero eadē sentētia repetitis uerbis ijsdem, aut pene cōsimili-
bus orōnibus explicat, ad maiore syncærō affectus expressionē. ut
eo in loco. **D**iligā te dñe fortitudo mea: dominus firmamentū me-
um & refugī meū, & liberator meus. **D**eus meus adiutor meus:
& sperabo

» **V. Luth.**

»

»

»

»

»

»

»

»

»

»

»

»

»

1. Corin. 2.

Psal. 17.

LIBER SECUNDVS

& sperabo in eū. Protector meus & cornu salutis meæ: & suscep-
tor meus. Et in alijs pleriq; alioꝝ psalmoꝝ locis. Quāuis & uer-
ba illa (quæ superflua causa aduersarij) diuersas cōtineāt & desi-
gnent rationes: ob quarū uarietatē, eidē rei exprimēdæ, nō super-
uacanee sed legitimate & decenter accōmodant. Enīm uero quē of-
ferenda in sacro missæ mysterio proponūtur: una quidē ratiōe, do-
na dicunt̄. alia ratione, munera: & alia, sancta sacrificia illibata. I pſa
quoq; salutaris hostia iam à sacerdote consecrata: ob unam quidē
rationē pura dicit̄, ob aliā hostia sancta, & adhuc ob aliā hostia im-
maculata. quēadmodū ipsius sacri canonis expositores & interpre-
tes: dilucide suis literarīs monumētis declararūt. ¶ Ceterū non est

silentio hic p̄tereunda grauis illa calūnia & falsa criminatio: quam
impingit circa hūc libri sui (quē improbamus) locū de canōe missæ.
Lutherus, uiris ecclesiasticis: quādo cōminiscitur eos eundē cano-
nē euangelio p̄ferre, quod tamē nullus antiquoꝝ patrū aut recen-
tioꝝ: facit asse legitur. Siquidē post multa ampulloſa & ſequi-
dalia uerba: ipſe Lutherus qualiſ classiciſ uictorię canēs, celebreſq;
ex hoste buccinās triūphos ſuos, ita profat̄. **Q**uate hic uicim⁹; & di-
cim⁹. **C**ede canon euāgelio, & da locū ſpirituſ ſctō: cū ſis uerbū hu-
manū. Deinde paucis interiectis, de eodē canone uerba faciēſ ſub-
nectit. **D**icamq; ei iuxta parabolā. Domine canon, uos eftis inuita-
tus ad nuptias: & ſediftis primo loco. **S**ed ecce honoratior eft inui-
tatus: immo ipſe dñs inuitator adest. Date ergo huic locū: & ſedea-
tis nouiſſimo loco cū rubore. **C**ur non in eo ſediftis ab initio? Si ha-
betis aliquē pium ſenſum, quē uiolēter emūctis literis exprimere
quis poſſit; habeatis. Sed uos apte cōtra euāgeliū ſonatifi: ideo uos
dānam⁹ & cōtēnimus authoritate euāgeli⁹. **H**āc ſunt Lutheri
ad canonē missæ uerba: magis excipienda riſu, quin immo potius
explodēda & exhibāda: q̄ ſerio cōfutāda. **Q**ua eīm cōiectura duci-
tur Lutherus in hāc ſentētiā: q̄ canon ſe uoluerit euāgelio prepo-
nere, admonēdusq; ueniat q̄ euāgelio cedat. Eſt certe ſuo gradu
& loco cōtentus canon: quē infeſtore q̄ euāgeliū ſtatīo ex ſanctō
patrū definitione eft ſortitus. **I**dcirco parabola illa euāgelica, idē
canon in epte, in ſuſe q̄ copellat̄ à Lutherō: ut relicto primo accu-
bitu, ad poſtemū ſe trāferat. **N**e q̄ quiſpiā in toto facti canonis
ambitu offendere quis poſſit: quod aperit̄ aut etiā clāculū ſonet
contra

contra euāgeliū, ut superiora dicta diffusius mōstrarūt. **Q**uo sit, ut mendacissime hic Lutherus astruat: ipsum canonem cum euāgio pugnare, perperam etiam uocet eundem, uerbum humanū: cū non tam ex hominibus quā ex deo sit, multasq; sacrae scripture sententias complectatur. Deinde in ipsos domini sacerdotes uirulentam exacuenſ lingua in hāc uerba prorumpit. **E**t multa alia in eo (canōe inquam) iuste possunt redargui: licet ab istis sacerdotib⁹ suis eleuatus sit supra omnes articulos fidei. **N**ihil enim sancti us habēt hoc canone: adeo ut & ipm euāgeliū ei collatū sordeat corā eis. In quo tamē nihil à morib⁹ suis alienū faciūt: cū altid nō stu deat q̄ ut iacent humana, contemnāt diuina: obseruēt quae nulli⁹ preci⁹ sunt, negligāt quę summi preci⁹ sunt. Negamus itaq; et damnamus canone in hac parte: tanq; aduersariū euāgelij. **H**āc Lutherus. Quę quoniam contumelij scatent apertisq; calumnijs: ne quaq; digna uidentur, quibus aduersa adhibeat respōsio. Id uerū dixisse sufficiat, neminē esse (ut reor) sacerdotū, qui canonē ipm aut articulis fidei preferat aut pluris faciat q̄ euāgelium. **Q**uod si talēm quēpiam deprehēderit Lutherus: proferat eundē in mediū, ut ab eo errore in rectam ueritatis uiam reducatur. ¶ **P**orr̄d quis canonem inferiore cōſtituendū loco fateamur quā sacram euāgium: nō tamē usque adeo deprimere eundem debemus, ut dicamus quæcūq; in eo ex sacris literis sunt deprompta, magnificēdū quidem esse: reliqua uero omnia in ipso contenta, modicī admodū esse momēti & parui ponderis: quemadmodū nonnulli, Lutherano fortasse succo incauti⁹ hausto, docuisse ferūtur. **N**empe et si ad extimā euāgeliū dignitatē nō accedat ipse sacer canon: haud tamē idcirco floccipendens est, aut tanquā futile quippiam abiiciendus; sed pro suā qualitatis & conditionis ratione, magna ueneratione obseruandus. Perinde atq; argentum nō est tanquā lutū habēdū, aut aspernādū penitus: quanquā ad rutilū auri fulgorem & precium non pertingit. **N**eque menstrua luna neq; sublūstres astrorum ignes, parui à nobis debēt fieri: quāuis coruscū phœbeā lāpidis nō præferant splēdorē. **E**st enim & argento suū p̄ciū licet auro inferius. **E**st etiam lunā & nocturnis sideribus sua claritas: tāetsi iubare solari longe sit minor. ¶ **A**t uero cū in profundū malorum proruens aduersarius noster, subiungit in quarto suo dīcto, quod

C prælenti

VII.

VIII.

LIBER SECUNDVS

præsenti capite excribamus: priscois ipsoſ patres etiam sanctos pec-
casse, qui ipſo ſacro canone ad pagendū miffæ mysteriū fuit uis:
Eſaiæ.5 in dirā illam & terribilē cōminationē, Eſaiæ organo annūciatā ui-
detur incidere. **V**e qui dicitis malū bonū, & bonū malū: ponētes
Lucæ.11 tenebras lucē, & lucē tenebras: ponētes amarū in dulce, & dulce
Mat.9. in amar. **H**aud multū, pfecto diſſimilis eſſe uidetur in hoc nego-
Ioan.5. cio, ſcribis & Phariſaeis, peſuſeris diuinoꝝ opeꝝ caluniatoribus. q
Christū ejcentē ſpiritus immundos in uitute dei: oblatarūt in
principe dæmoniorū ejcere dæmonia, dimittētēq; hominibꝫ pec-
cata, p ſua dulcissima benignitate: dixerūt in deū eſſe blaſphemū,
& curantē ſabbato languidos incuſarunt: ut uiolatotem ſabbati &
transgressorē legis, omniaq; cādida, atro animi liuore uerterūt in ni-
grū, quos ea in re ſummopere detestanda: iſdem ueltingis cōſecta-
tur Lutherus, Sed mirū id cuiq; uiderinō debet: q; cēſeat ortho-
doxos patres & sanctos, in ipſo factri canonis uſu cōtraxiſſe pecca-
tilabē, ut qui ea teneatur opinione, immo pertinaci aſſertiōe, q; o-
mnia opa noſtra, quantūuis bona & recta, ſint peſtā: & optimū qd.
q; opus humanū quantūlibet recte factū, ſit peſtūm. **V**erū abſur-
da illa & irrationabilis poſtiō: ſatis à nobis reproba ta eſt in libri p-
cedentis capite uicesimoſeptimo.

POfficiū ecclæſiaſticū de ſancto eucharistiæ ſacramēto:
luculēter & p̄clare eſſe cōpoſitum. **Cap. XVIII.**

I. **R**ætereſa ſugillat Lutherus in eo quē improbamus
libro ſuo (que admodū ex quinto ei⁹ diſto, ſupra an-
notato: & in hoc capite, penitus euertēdo, plane cō-
ſtat) officiū ecclæſiaſticū: quod in annua celebritate
ſanctissimi eucharistiæ ſacramenti à tota ecclæſia cū
ingēti ueneratiōe quotānis decātarī ſolet. ut nihil relinquit ipē nō
rephenſum aut uituperatū: quod ad tāti mysteriū dignā celebrati-
onē & cultū attineat. qſi debita opa bellū indixerit huic ſacratissi-
mo & omniū digniſſimo ſacramēto: animoq; conſtituerit, id omne
quod ad ipſi⁹ ſpectat honorationē, ſuſtollere atq; demoliri. **Sed o-**
p̄er aperciū ſuerit, hoc in loco uerba eiusdē referre: quaꝝ fidē faci-
ant irreligiositatē ipſius, & ſubſannatiōis in dictū officiū ecclæſia-
ſticū, & eius authore. **E**xat (inquit Lutherus in eo, quē nunc cō-
uelliſimus, libro) historia corporis Christi, ſic tortis deptauatiſq; ſcri-
putis